



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Anthvsa Virg. 22. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

more in publico erat. Hic dum Codicem, dum Digesta frequens corona hiat, ille alia omnia ingressus dicere contra legem hominumque vanitatem declamat; eam vel cœcuentibus nuper oculisse ait pervidisse; ne mirarentur, si hi redditum à VIRGINE humana omnia despicerent deinceps, è cælo esse: sequerentur illi oculatum nunc Doctorem, qui lippientem nuper. Finem orationi fuga dedit in montem olivis nobilem, quod pluribus jam concurrentibus, IOANNES scalas è cælo, & in his descendere beatos genios vidi, secumque candidatos quamplurimos ad V I R G I N E M I-

L I V M Q V E V I R G I N I S abducere, quod visum nequaquam somnium esse runc creditur, cum Pontificis auctoritate vestem pro suis ex celi sententiâ candidam, leges à D. Benedicto sanctas, Ordini nomen à MARIA de Monte Oliveti, iste BERNARDI accepit. Obiit dum sociis, à pesti infectis oculos prius claudit ipsissimus oculus cali, ex quo utinam ô MARIANI Argum faceretis! Ex Chron. ejusdem Ord.

*Quantum illi laudandi atque prædicandi, qui dignati non sunt cum mundo florente florere; tantum increpandi & accusandi sunt, quos perire cum reunte delectat. August. epist. 41.*

## S. ANTHVSA VIRG. 22. Augus.

A NTHONYAM patria Seleucia, in hac nobiles parentes, apud hos rarae opes, & cum his raro forma commendabat. Sed illa additura aliquid formositas etiam animo, Christiani fontis balneis suspirabat, & lavari à Tharsensi Antifite Athanasio exoptabat. Quare veluti ad nutricem invisa currum comite uno altero ve servulo consendit.

Inter  
Achar  
congr  
de AN  
fudit.  
therm  
ste &  
natun  
rebat.  
seris d  
cùm p  
culpav  
destinat  
it, &  
trahere  
qua teg  
ut ne c  
vas exp  
lie inv  
alnere  
illera  
lipse e  
Care  
quam c  
paris m  
sustiner  
natura  
SS. CI  
P Ote  
terg  
tis veli  
ebicit,

22. Aug. VITA SANCTORVM. 411

Interea moniteribus & comitibus Angelis usus  
Athanasius obviam venit virginis, & ad primum  
congressum fontem precibus suis dedit, tum deinde  
ANTHYSAE corpus undis, animum gaudiis per-  
fudit. Et ut sciret, quem hic colorem in tam sanctis  
thermis inuisisset, adfuere gemini cælites, qui ve-  
ste & ipsa candida candidissimam animulam do-  
natunt. Hac illa superba facilè auream, quam ge-  
rebat, contempnit, exutamque Athanasi, ille mi-  
seris dedit. Talis denique nutricem adiit, quæ  
cum pretium vestis non intelligerer imprudens  
culpavit scilicet virginis in tantâ nobilitate mo-  
destiam. At hæc clam matre ad Episcopum rever-  
tit, & quod sciret facile innocentia vestem sordes  
trahere, impetravit alteram & setis horridam,  
quæ tegeret priorem & indenmam servaret. Quin,  
ut ne domestici fures hanc raperent amici, in fil-  
ias exporravit. Sed & nutrices pro una illi tot il-  
lic invenit, quot feras, quæ triginta & duos annos  
altere hospitem. Immortua est rupi (lectus hic  
illiterat) adversus plurimos insultus dæmonis ma-  
lipſa etiam rupes. Ex Menais.

Caro pretiosissimorum indumentis coperta quid aliud est,  
quam caro scætida, corruptibilis, necnon ex omni cor-  
poris meatu scaturiens in sanieum, quam non valet  
sustinere vires, olfactus percipere, neque ipsa hominis  
natura perseverre? S. Laur. Inst. I. de Humil.

SS. CLAVDIVS, ASTERIVS, NEON MM

23. Augusti.

Dicitur Ægea hodie invidiam Romæ facere, &  
tergeminos fratres & ipsa suos jactare, Horati  
velide fortiores, quod vivus è pugna nullus  
exit, omnes ceciderint victores. Illis nomina  
sunt